Fragmentarium

Si autem pro medicina moderate sumatur quantum oportet, non educet. calorem
ignitum et extenuat. et incidit humores grossos et uiscosos oppilationes aperit et urinam
prouocat. et menstruam. oxiregmiam mitigat. appetitum acuit. sed faciem rarificat.
Idcirco sudorem et egestionem prouocat. Uentrem irritat. cum suo calore et siccitate spermata
esse facit cursum humoris. malum tamen facit nutrimentum. Cruda uero non comestam nichil
nutrimenti corpori tribuunt. Si uero elixantur et aqua proiecta in alia recoquantur dant nutrimentum
tum bonum et plurimum. Maxime si cum pinguissima carne comedantur
et cum bono condimento comedantur et odorifero. Aliquantum paruum dant nutrimentum
tum. s. nociua colericis et calore naturali debilibus. Que si fuerint comesta
in frigidis et humidis naturalis. lac et urinam prouocant uentrimque humectant. Econtrario siccis
naturam faciunt ut eorum calor sibi nichil inferat nocumentum si elixentur.
dum comedantur cum aceto et absinthio garo sunt et pro medicina que morsibus canum
rabidiosi remedium prestant quod si post comestionem eorum uinum forte bibitum
fuerit ualebit contra morsum serpentum per se et eius quod uenena sunt infecta et sin-
gulas passiones habentibus; ceu tiriaca magna. Coriandrum diuersitatem
uarietas saporis sui hoc testatur. Habet amaritudinem et ponticitatem. Ideoque ypocras
dixit illud calidum habere propter suam amaritudinem et propter suam ponticitatem stipticum esse ait. unde
dixit coriandrum uiride catum est constipat uentrem et mitigat oxiregmiam. quod
post cibum datum prestat suppnum unde intendebant eum esse frigidum. scrofulas dissoluit. impossi-
bile est scrofulas frigidare soluere. quia scrofule sunt duri crassique tumores. unde non
potest intelligi coriandrum esse frigidum cuius sapor est amarus. amaritudo autem signum
calidi extenuantis. Sed post cibum durius digestioque inobediens est. quod si misceatur cum aceto
et malignati agresti suco temperiem sumit. unde calidum extinguit stomachi. Et medici-
nam fit agrum quia fuit ei cum cerusa mixta aceto. licinum triticeo et oleo roseo fit contra calida
apostemata calidasque pustulas quod si misceatur cum mica panis et farina lenticulae contra erisipi-
lam ualet de crossis humoribus creatam unde dioscorides quasi contra apostemata corporis iniectis
cataplasmatis confectio in statu apostematis et non principio ponitur quoniam in initio est ret-
infrigidandi dat mitigans non dissoluens et uulnera aperiens. Ruta duplex est domestica
et siluestris. Siluestris calida est et sicca in iiii. gradu. Domestica in iii. unde domestica
melior est ad digerendum quantitatem et incidendi superfluitatem et crassos uiscososque humores exte-
nuandi. uentositatem et inflacionem dissoluit uentrem humectat et prouocat urinam
inferiora intestina. quod siccat eiusque apozima potui detur. tollit torcionem uentris
. dolorem uentositatem dissoluit uiscosis humoribus horrorem. si autem cocta in oleo et elixante est cissa dissoluit
uentositatem et globosis intestinis suspensam. Ciminum calidum est in iii. gradu. sicut ruta
uentositatem dissoluit. dolorem placat. et uentris torcionem. coctum cum cibariis uento-
sitatem generantibus temperat ea. Similiter hoc faciunt nigelle. alia humectat post retentam.
occidit et lumbricos sibilantes. Anetum calidum est in fine ii. gradus. sic in medio uen-
tositatem et inflacionem et tumorem dissoluit. et ramus in oleo coctus fit diuretice
uentris inflacionem dissoluit laboriosos mitigat. soporem prestat. humida apostemata
ad saniem perducit. semen eius bibitum prouocat urinam. lac augmentat. uenenum de putredine
humorum mundificat. dolorem tumorem. laboremque dissoluit. habet proprietatem extinguendi
singultum de plenitudine quod sumitur. fit catium et sic in ii. gradu. et ualet contra uulnera
putrefacta et diuturna in uerecundis nata;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.12, 5v – Excerpts from an Antidotarium; Isaac Judaeus, De diaetis universalibus; Ps.-Galenus, Liber alter de dynamidiis; Sententiae ex libro Proverbiorum; Medical Recipes; Excerpts (https://fragmentarium.ms/view/page/F-wime/5312/50479)